

en otra guisa por la puerta seyendo abieria o lo fallaren que esta escondido en casa deue morir por ello por justicia, quam l. etiam citat Aui. cap. 1. prat. in glossa, de rechemente, numer. 15. vbi dicit esse singulatam, & num. 16. citat Aret. in l. possideri § si rem ff. de acquirend. possess. & ita intelligit dict. legem styli in fin. vt dum loquitur quando quis est absconditus in domo, ad hoc vt moriatur, requirit, quod amoueat aliquam rem de loco ad locum aliter non debet mori, licet in domo causa furandi inueniatur, & ingrediatur; punitur igitur conatus, vel effectus, cum processu, ad actus exteriores, vt ex d. l. fori, notat ibi Montalu. glossa 1. in princip. & in fin. illius glossæ addit, quod si domum quis sit ingressus non animo furandi non tenetur hoc genere delicti.

Sed cum præd. ll. fori & styli eatenus vigorem habeant in praxi quatenus earum vsus sufficienter probetur, & non amplius vt est receptissimum apud nos, & diximus alibi, ideo in praxi seruanda erat in specie nostræ quætionis. dict. l. 18. tit. 14. par. 7. quæ idem probat quod dict. l. 6. fori his verbis, o si fueren ladrones que ouiesen entrado por fuerza en las casas o en los lugares de otro para robar con armas, o sin armas: hæc namque est altera exceptio à regula præced. illius l. quæ habet que por razon de hurto non deuen matar, nin corar miembro à ninguno, & sic effractionibus præd. iure regio imponitur pœna mortis correcto iure communi, quo contrarium cauetur, vt vidimus: quam leg. adducit Auiles, vbi supra, ad hoc dict. n. 16.

Differunt tamen nostrates, circa eius intellectum & praxim. Gregor. enim Lopez, ibidem in glossa, en las casas, censet quamuis sub dubio forte, illam l. debere intelligi de latronibus qui non tantum semel, sed sæpius causa prædæ in domus alienas irruerunt per vim cum armis, vel sine, quam si in latronibus intrinsecum, & maris, vbi est maior ratio propter maius periculum, & vbi minor potest haberi defensio, pro prima vice non punitur pœna mortis, quanto magis eadem non punitur in aggressura, quæ fit in domibus, seu oppidis, vbi maior potest haberi defensio; præterea omnes præd. latrones æqui parantur, in dict. authent. vt nulli iudic. §. fin. vt vidimus ergo in omnibus idem ius debet statui.

Sed Anton. Gomez, cap. 5. de furt. numer. 12. simpliciter eam l. regiam intelligi pro vno scilicet furto qualificato, vt in dict. l. partitæ, & quamuis forte dicat debere intelligi, quando cum furto interuenit violentia personalis intrando domum palam alterius, per vim & non alias quia tali casu concurrebat duplex delictum, furtum & violentia, vnde grauius debet puniri vt in l. suscipiendum, ff. de pan. & in l. aut facta, §. quæ litate eodem tit. attamen affirmat quod quidquid fit præd. l. partitæ, ita practicatur in isto Regno vt prius dixit & notauit & quod iam iste casus sibi contigit, & fuit practicatum etiam in furto minimo.

Quid tenendum? Ego veriorem esse existimo opinionem hanc Anton. Gomez, quam etiam tenuit Auiles, vbi supra, siquidem in hac specie non requirit frequentiam, nec consuetudinem furandi l. illa sicut in præcedenti, nec iure communi requirebatur quinimo non erat illo iure imposita pœna mortis pro huiusmodi delicto furti cum effractione facta, vt prædiximus: vnde expressè, l. partitæ voluit alterare in hac specie,

& augere pœnam iuris communis, & ideo merito quod sit intelligenda pro vt iacet, & sic pro primo furto huiusmodi qualificato, quod ita verificari non potest in priori casu excepto ab eadem l. partitæ quia statuta sunt diuersæ pœnæ in his à iure communi, & diuersis verbis. Nec obstat allata ratio, seu consideratio Gregor. Lopez pro sua opinione arguentis à fortiori, vel maiortate rationis quia diuersi casus sunt hi duo, forte quia cum iure statutum sit vt domus sua sit turissimum refugium cuique vt in l. quia plerique, ff. de in iur. vocat. merito vt qui illam aggregit causa prædandi cum effractione pœna mortis etiam pro prima vice puniatur & sic grauius hoc l. existimauit quam furtum commissum in itineribus, vel mari vbi non tanta securitas ex rei natura, quanta in domibus esse solet.

Verum hæc sententia sale condenda est nempe, vt procedat quando furatur res vel quantitas notabilis vel magna; nam si vestis, vel alia res parui valoris, aut quantitas modica cum effractione in domibus furaretur ratione paruitatis in qua delictum est commissum licet qualitas aggregans pœnam omnino conueniat nihilominus huiusmodi furi pro hoc furto paruo etiam cum effractione commissio, non esset imponenda pœna mortis, sed alia mitior arbitraria, vt existimo, & iure probat in terminis, dict. l. regiarum dicens, hanc esse vnam singularem limitationem ad eas, Auendan. in 2. part. cap. 16. prat. n. 14. cuius sententia mihi placet, eamque sequor contra id quod semel practicatum refert Ant. Gom. vbi supra.

Denique licet eadem l. partitæ, & fori supra, 11 alleg. videantur punire ingressum violentum cum effractione ad furandum, nec requirere videantur furtum cum effectu: nihilominus vera mihi etiam ad has ll. videtur intelligentia Aretin. & Auiles, vbi supra, requirementum simul amotionem rei de loco ad locum, ad hoc vt pœna mortis sit infligenda, vel saltem, quod procedatur ad actus exteriores, vt inquit Montalu. non enim alias verificari potest causa prædandi ingressus, nisi de prædæ & furto constet quod si delinquens deprehensus in domo ad furandum confiteretur se ea de causa, eoque animo ingressum fuisse, ac id effectum nisi prius apprehensus fuisset adhuc, tamen non esset consummatum omnino delictum, ac proinde licet grauius sit pro eo puniendus non tamen credo pœna mortis plectendum præsertim attentæ consuetudine vniuersali totius orbis, quæ habet vt pro delicto non consummato non imponatur eadem pœna, sed mitior vt supra retulimus & in terminis, ita etiam probat Anton. Gomez, c. 5. de furt. n. 15.

Verum enim vero hodie per l. 8. huius tit. 11. lib. 8. nou. collect. reg. in specie nostræ quætionis, & præcedentis, & sic in casibus, dict. leg. 18. tit. 14. part. 7. pœna ordinaria mortis debet à iudicibus commutari in pœnam triremiam pro tempore quo videbitur eisdem iuxta qualitatem delicti, dummodo ipsa non sint adeo qualificata, & grauiora, quod oporteat Reipublicæ executionem iustitiæ non differri & in quibus commodè prædict. commutatio locum habere possit sine præiudicio partium querelantium, vt patet in eius l. litera, quæ est huiusmodi.

Mandamos, que ansi en los hurtos qualificados, y robos, y salteamientos de caminos, o en campo, y fuerza, y otros delictos semejantes, o may ores como en otros qualesquier delictos de otra qualquier qualidad

lidad no siendo los delictos tan qualificados, y graves que conuenian a la republica, no difera a la execucion de la justicia, y en que bienamente pueda auer lugar commutacion, sin azer en ello perjuizio a las partes querellosas, las penas ordinarias, les sean commutadas en mandarlos yra servir a las nuestras galeras por el tiempo que pareciere a las nuestras justicias segun la qualidad de los dichos delictos, & l. 4. & 6. tit. 24. infra hoc lib. 8. Verum oportet iudicem cunctati & videat ne vt misericors sit rempublicam, vel partem grauet, aut lædat, vel vt rigidus sit plus debito delinquentem occidat, cum possit & debeat eum à morte liberare, faciendo dict. commutationem.

Verum hic discutiendum breuiter est, quæ pœna puniatur ponens scalas ad fenestram de nocte, vel domum alienam causa violandæ castitatis, vel furandi? Et in hoc videtur quod si id fiat causa violandæ castitatis, delinquens huiusmodi pœna vltimi supplicij puniendus sit, vt in l. si quis non dicam rapere. C. de Episc. & Cleric. & ita voluit Bald. in leg. fin. numer. 3. ff. de verum diuisione, quem refert & sequitur Angel. in §. secunda quoque res numer. 3. instituta eodem tit. de verum diuisione, quod sic obseruatum fuit per Proregem Neapolis in executione cuiusdam edicti, contra quandam nobilem iuuenem, cuius sententiam defendere conatur Grammat. decis. 36. num. 13, inquit tamen Tul. Clar. in prætic. crim. §. fin. quæstion. 68. versic. ascendens, dict. sententiam iudicio totius Italie visam fuisse nimis seueram, & crudellem, pro contrario attentæ bonæ qualitate illius nobilis iuuenis, & causam propter quam ascenderat, quæ fuit amor cuiusdam pulcherrimæ puellæ, qui etiam prudentes viros sæpius infatuauit, & resoluit Clar. vbi supra, ascendere cum scalis qualitatem esse, quæ tantummodo aggrauat principale delictum, ita vt grauius puniatur, siue sit causa amoris, siue causa furandi, siue aliud maleficium committendi. Iuxta hanc igitur sententiam, quæ verior mihi videtur, si delictum principale de iure pœnam mortis non meretur, propter præmissam qualitatem non debet pœna mortis imponi quamuis grauius puniri possit alias ob præmissam qualitatem. Vade non consentio, nec ito simpliciter distinctioni Ludouici Pegueræ decis. crim. 26. num. 5. cum sequenti, dicentis, quod si furtum ita commissum, est adeo qualificatum quod excedit summam centum aureorum, vel sunt plura furta commissa saltem tria pro quibus de generali consuetudine laqueo suspenduntur, nulli dubium est, quod fures, licet non interueniret illa qualitas ascendendi per scalas, punirentur pœna vltimi supplicij: aut furtum non est ita qualificatum vt fur mereatur mori sed tantum pœnam fultigationis, & exilij pati, tunc ratione dictarum qualitarum, quod de nocte, & per scalas ascendendo ad domum alienam furtum committitur puniuntur tales fures acrius, quam sit pœna ordinaria simplicis furri, vt fuit obseruatum in illo consilio Cathalonie in facto.

Hæc enim distinctio in primo furto ita qualificato, quamuis excedat summam centum aureorum, vera mihi non videtur, nec tenenda, quod pœna vltimi supplicij puniatur, quamuis in reliquis vera esse possit.



SVM MARI VM.

- 1 Pœna furantium res Ecclesie de loco sacro vel religioso iure communi & regio, & numer. sequentibus.
- 3 Sacra vel sancta res, que dicantur quoad pœnam furibus imponendam pro eis.
- 4 Crucem de Ecclesia subripiens qua pœna puniatur?
- 5 Pœna subripiens rem modicam de Ecclesia.

De furantibus res Ecclesie de loco sacro vel religioso.

QVÆSTIO CLVIII.

VERO etiam quæ sit pœna furantium res Ecclesie de loco sacro, vel religioso, tam iure communi, quam regio. Et iure communi non erat imposita pœna mortis, sed ex qualitate personarum, & ipsius delicti pœna condigna imponebatur, vt in l. 4. & in l. sacrilegij, ff. ad leg. Jul. pecul. & in l. si quis in hoc genu, C. de Episcopis, & cler. & vtrouque communiter DD. Anton. Gom. in 3. tom. cap. 5. de furt. num. 11. & esse pœnam arbitriam tenent alij quos refert Peguer. decis. crim. 24. num. 15. ipse vero, ibi numer. 16. cum sequentibus latè probat pœnam sacrilegij, quando sacrum de sacro tollitur regulariter esse mortis naturalis, iudicem tamen posse ex causa pœnam ordinariam, vel augere, vel minuire, vt ibi latè probat, & exemplificat qui omnino est videndus quoties casus in praxi contigerit, nec non & Farinac. de furt. quæstion. 172. numer. 11. cum sequentibus, vbi quod sacrilegij pœna est arbitraria, idque ampliat, & limitat pluribus modis per totam illam quætionem, non solum iure communi attento, sed etiam canonico, & alia plura in materia, & num. 49. & sequentibus locus sacre quis dicatur, & quæ res sacra ad effectum, vt sacrilegij pœna locum habeat.

Hodie vero de iure regio imponitur pœna mortis, al ladron que furtase de la Iglesia, o de otro lugar religioso alguna cosa santa, o sagrada, vt cauetur in l. 18. vers. de ladron que furtase de la Iglesia, &c. tit. 18. p. 7. quæ l. est notanda ad hoc, & ita in hoc regno practicatur, vt affirmat Ant. Gom. vbi supra.

Verum scire opus est, quæ dicatur res sacra 3 vel sancta, & quidem secundum Anton. Gomez, vbi supra, custodia, calix, ara, vestimentum (intelligi iam cultui diuino dicata consecratione, & benedictione) & similes res, non vero alia, quæ pertinent ad ornatum, & cultum diuinum, vt vasa quibus ponitur vinum & aqua, id est las vina-geras vel pallium, vel regumentum altarium hocque est proculdubio. Ex rebz enim quæ reperiuntur in Ecclesiis, vel factariis, quædam sunt sacre, vel benedictæ, vt per Decian. 2. tom. tract. crim. lib. 6. c. 30. n. 19.

De cruce dubitari potest, cum enim sit sancta 4 & sacra verificatur littera d. l. p. & sic videtur pro furto eius, imponendam pœnam mortis, quando quidem representat illam veram crucem in qua Dominus noster Iesus Christus passus est, &



& iam sic fuisse practicum refert Paris de Put. in suo tractat. Syndic. quem refert Greg. Lopez, in d. l. 1. 8. in gl. algente cosa santa, o sagrada, nempè quod suspendi fecit quendam armigerum ex nobili progenie, qui furto subtraxerat crucem argenteam, & calices factos Ecclesie, qui non erat, secundum eum dignus pena nobilium iustitiam: non enim ignoscendum est militi cui obitari telo oportet, ut latroni, l. 1. & 2. Cod. quod liceat vnicuique sine iudic. se ind. verum in hoc casu cum simul essent subtrahendi calices Ecclesie rectè proculdubio fuit miles ille furca suspensus, Peguet. d. decis. crimin. 24. num. 17. ibi probatur idem fol. 45. vbi refert Foller. in pract. crim. 380. moner. 47. & post eum Iul. Clar. in § sacrilegium, versic. sed quare, dicentes, quod Neapoli fuit suspensus quidam Salernitanus, qui furto subtraxerat quandam crucem ex Ecclesia sancti Florentij.

Ceterum pro sola cruce, & si respectu representationis sit res sancta & sacra materia eius non est res sacra, ut decidit, l. 2. tit. 14. p. 1. & l. 1. & 2. tit. 18. eadem r. p. quod & videtur tenere S. Thom. 2. 2. q. 5. art. 3. versiculo, respondeo, Quare in dubio inquit Anton. Gomez, non esset imponenda pena mortis, nisi alia causa gravitatis concurreret, quia aliàs sequeretur quod licet crux fit ex ferro, ligno, lapide, vel alia simili materia deberet pena mortis imponi: ergo in dubio res sacra strictius & proprius intelligenda est ad imponendam penam mortis, nihilominus cum iste casus successisset Salernitanæ reputatus fuit valde dubius per præd. secundum eum, sed eius authoris opinio mihi non placet, nisi ut ipse ait alia causa gravitatis concurreret propterea forsan esset in furto crucis magne argenteæ, quæ ducitur in processibus super ligno directo cum suo ornatu serico, & aureo, & iam vidi in praxi obferuatam d. l. p. executionique tradita in pena mortis contra furantem lampadem argenteam.

5 Et quod est generale in quocunque receptor delinquentium, ut in l. Metrodorum ff. de pœn. l. 1. tit. 16. lib. 8. ordinamenti veteris, & ibi Perez, gloss. 1. & in occultante hæreticum, l. 5. tit. 26. pagin. 7. ibi: Ninguno de ellos sea ofiçado de recibir a sabiendas, &c. & l. 6. eod. tit.

Limitatur tamen decisio d. l. partitæ in furto rei modicæ in templo commisso: quia tunc pena metalli fur coercendus est, vel si honestiori loco natus sit fur in insulam erit deportandus, licet res modica furata sit sacra dum tamen sine effractione: quia tunc mitiganda esset pena, ut in d. l. sacrilegij, & in terminis tenet Gregor. Lopez in dict. leg. 18. in glossa supra allegata in versiculo, & limita, quàm limitationem generaliter ad dict. l. partitæ probavit etiam Auendan. 2. part. cap. 16. par. num. 14. & diximus supra in calce quaestionis præcedentis, veraque est hæc limitatio meo iudicio, etiam in terminis nostræ quaestionis.

S V M M A R I V M.

- 1 Abigei, qui dicantur, & de eorum pena & numer. sequentibus.
- 5 Administratores, & exatores rerum, & in iura regaliū furum comitantes qua pena puniuntur, nec non, & iudices idem facientes, & numerus sequentibus. Legi Julia peculatus,

- qua pena puniatur, num. 5. cum sequentibus, num. 32.
- 8 Receptores redditum regalium si stantur pecunia regis, an incurran crimem peculatus, eiusque panam, & num. 9. & 32.
- 10 Furans scienter res mobiles regis, qua pena puniatur?
- 11 Auxilium consilium & favorem prestantes furibus, qua pena puniuntur?
- 12 Nec non, & receptores, num. 12. & 13. & quo modo hoc intelligatur, num. 14. & 15. cum sequentibus.
- 13 Furta qualificata committentes, como son robos, salteamientos de caminos, o campos y fuerças, y otros delictos semejantes, o mayores, qua pena puniuntur?
- 14 Receptores furum, & aliorum delinquentium quomodo puniuntur, & quid ad hoc requiratur, & quando non? cum pluribus num. sequentibus vbi aliqui casus excipiuntur, & numero 31.
- 27 Equum, arma, vel famulum prestans ignoranter amico dicens velle ire in villam, an teneatur ex homicidio, vel alio delicto commissio ab eo?
- 28 Statuto stante puniente uxorem alterius, tenentis pariter ignoranti, si non dissimulet ignorantiam, &c.
- 29 Associates ignoranter amicum, qui hominem occidat, an puniatur?
- 30 Famili conducti ad occupandam aliquam possessionem, vel castrium, quando teneantur vel non ex eo facti?

De Abigeis, & de crimine peculatus, & de receptoribus delinquentium.

Q V A E S T I O C L I X.

V E R O præterea an sint alij casus excepti à iure in quibus pro primo furto pena mortis imponatur: & esse plures constat.

Primo, videamus de Abigeis: Abigei illi proprie dicuntur qui pecora ex pascuis vel armentis subtrahunt, & quodammodo deprædantur, & abigendi studium, quasi artem exercent, equos de armentis, vel oves de gregibus abducentes, at is qui ovem errantem, vel equum in solitudine existentem abducit non arte abigendi, sed retinendi tamen fur est non Abigeus, l. 1. §. 1. ff. de Abigeis, Abigeatum autem facit numerus ovium decem porcorum quinque, aut quatuor, equus unus, aut bos, non vero minor numerus, sed furem, l. 3. & ff. eodem tit. nisi sæpius vnum, aut alterum pecus subtraherit quis ut ibidem l. 1. C. de abig. & ibi gloss. & communiter DD. text. in authent. de nupt. §. mitiores in versicul. aut vnum eorum collect. 4.

Melius autem erit si Abigeos dicamus eos quibus est cura alienis insidiari animalibus, aut iumentis, & ea transponere alibi, ut d. §. mitiores versicul. si vero, augetur, & pena si ab stabulis abigant, estque maior, quam si à sylva, vel pascuis & si sæpius abegerunt, l. 3. ff. eodem titulo.

Pena tamen Abigeorum, non semper est vicini fit suppletij, sed tunc demum quando frequentius in illo loco committitur illud crimem: alias autem tantum puniuntur pena arbitratia, l. 2.

l. 1. versic. 1. ff. de abig. l. fin. eod. tit. tradit latè Anton. Gom. cap. 5. de fur. num. 13. vbi latius plorina congerens in mar. Petr. Greg. in 3. part. suar. m. iur. vniuers. lib. 37. cap. 5. per totum, & Peguet. decisio crim. 29. n. 7. huiusmodi habemus, l. 19. tit. 14. part. 7. que est huiusmodi.

Abigei, son llamador vna manera de ladrones que se traba an mas de furar bestias o ganados que otras cosas, è por ende dezimos que si contra alguno fuese probado tal yerro como este si fuere home que lo oya usado de fazer deve morir por ende: mas si lo no auia usado fazer, maguer lo falsassen que vbi esse sortado alguna bestia, no lo deuen matar: mas pueden lo poner por algun tiempo à labrar en las labores del Rey, è si acasçiesse que alguno su talfe diez ovejias, è deude arriba, è cinco puercos, è quatro zegus, è otras raras bestias, è ga: ados, è de Lu que nacen destas, por tanto cuento como sobre dicho es de cada vna destas cosas fazen greyes: è qualquier que tal furto haga, deve morir por ende maguer no huiesse usado à fazerlo otras vegadas. Mas los otos que furiasen menos del cuento subredicho deben recibir pena en otra manera segun diximos de los otros sortadores, è de mas dezimos que el que encubriesse, è recibiesse à sabiendas tales furros como estos, que deben ser deserrados de todo el señorio del Rey por diez años. De iure canonico, abigeus puniatur etiam maiori pena, quam pro furto ut eum Berb. tradit Farinac. de furis, quaestio 197. num. 109. pagin. 27. vbi quod potest imponi pena deportationis arbitrio tamen iudicis: & à num. 105. cum sequentibus, late agit de pena abigeum imponenda de iure civili, & consue regularum cum suis ampliacionibus, & limitacionibus.

5 Similiter, El officio del Rey que tuiesse del algun tesoro en guarda, è que ouiesse de recaudar sus pechos, è su derechos, y le hurtare, è le encubriere de lo à sabiendas, è el juez que hurtasse los maravedis del Rey, è de algun quanto mientras estuviere en el officio, tiene pena de muerte por ello, ut in lib. 18. in versiculo, è official. tit. 14. part. 7. vbi Gregorius Lopez in 6 glossa, le furare, & in glossa mientras estuviere en el officio, allegat concordantias iuris communis; est enim crimem legis Iulie peculatus, & intelligit illam l. quando iudex vel administrator id facit animo sibi id appropriandi, secus si faciat animo negociandi; quia tunc si ad utilitatem regis puniatur in quadruplum, si vero ad sui utilitatem maiori pena, ut in l. 1. & 2. Cod. de his qui ex pub. rat. & Ioann. Faber. in §. lex Julia peculatus, in iur. de public. iudic. vbi limitat penam illius, §. & dict. lib. regia nisi pecunia esset periculo intercipientis l. sacrilegij, §. primo, & §. huius autem, ff. ad legem Iulian. pecul. vbi etiam quaerit de receptoribus regis, nunquid committantur peculatum, si vianatur pecunia eius, & concludit quod sic, nisi quando pecunia esset eorum periculo: itaque expresse tradita eis sit eorum periculo, & ipsi in se recipientem periculum expresse, credit tamen, quod si talis receptor reddito computo remanet debitor, quod ex hoc non debet puniri, dum tamen confiteatur debitum, & solvatur infra annum, l. cum eo, ff. ad legem Iulian. pecul. non enim ex hoc est conuictus intercepto, quia forte adhuc sibi debetur. Si tamen appareat recepisse, & in suos vltus conuictus dicit, quod haberent locum penæ de quibus supra quem refert, & sequitur Gregorius Praxius Criminalis.

rius Lopez, in glossa, secundo loco supra allegata. Sed hodie habemus, l. regiam disponentem super hoc quid sit faciendum, nempè l. 11. tit. 14. part. 7. que ita se habet: Maravedis de Rey, teniendo algun su descendero, de que ouiesse à pagar quitacion a cavallos, è à otros omes, è de que ouiesse à fazer algunas labores, è otras semejantes destas por su mandado, si aqnel que lo tuiesse lo despendiesse, è no lo pagasse all do el Rey le mandasse, mas comprasse delos alguna cosa à su pro, si esto fiziesse por si sin mandado del Rey como quier que este tal no faze furto: però fazo tan grande yerro posponiendola por de su señora, por la suya mesma por ende mandamos que qualquiera que esto fiziere que sea tenido à tornar à la camara del Rey todos los maravedis de que vfo assi maliciosamente, è que peche de mas de esso por el yerro que fizo tanto quanto valia lacueter parte de aquellos maravedis, de que vfo para su pro contra la voluntad del Rey.

Præterea: Qualquier que à sabiendas tomasse por fuerça, è hurtasse las cosas muebles del Rey segun fuero antiguo de España haria atene coida, y si fuesse hombre honrado, y lo tomassen con el fecho deve morir por ello, è sino ha de pechar diez tan o como aquello que tomò, y sino tuviere de que lo pagar deve ser hechado del Reyno por toda su vida, ita cauetur in l. 1. versicul. Onde por todas estas razones, titulo diez y siete parti. secunda, & ibi Gregorius Lopez, & ita in versiculo, è si fuere de los otros, imponitur pena de qua ibi, aliis huiusmodi crimem committentibus, qui non sunt homines honorati.

Ulterius ex dict. lib. 18. tit. 14. part. 7. in 11 versiculo, qualquiera, habemus, que quantos dieren ayuda è consejo para hazer el hurto à tales ladrones como son aquellos aqnel fuerro probado que fizo furto en alguno de las maneras, por que pone pena de muerte da dicha ley à los ladrones, è los encubrieren en sus casas, è en otros lugares deuen auer aquella misma pena; è iure noniuri, idem probatur in l. 9. huius tit. 11. lib. 8. non. collecti. reg.

¶ I que. Otro si, en lo dispuesto por la dicha pragmática, cerca de los dichos ladrones, y lo que en esta se manda se entienda y estienda à los encubridores y receptadores: para que en estos ay lugar la misma pena, y en la misma forma que de suso esta declarado en los ladrones: illa enim pragmática, circa latrones continetur in l. 7. huius tituli innovans penam, pro primo, & secundo furto, & inquit, que en los hurtos qualificados, y robos y salteamientos de caminos, o campos, y fuerças, y otros delictos semejantes, è mayores, los delinquentes sean casti ados conforme à las leyes destes nuestros Reynos, & licidit, dict. l. 8. de qua nunc agimus, vbi Gregor. Lopez, concordantias de iure communi allegat & plura remissuè congerit.

Maxima tamen difficultas se offert in proposito contra supra dict. nam ut suo loco diximus, & plures referens idem probat Plaça, de delict. lib. 1. cap. 16. numer. 5. receptans delinquentem post delictum iam commissum & consummatum non tenetur, nec punitur eadem pena, qua principalis delinquentis, sed minori arbitraria, nam te vera proprie loquendo præstans auxilium post commissum delictum non dicitur vere auxiliator, vt tenet Bartol. in lib. 3. §. siquis quam, ff. ad Syllan. & est communis opinio, vt affirmat Angel. de Armin. in addit. ad Angel. de malefic. l. 1.



in verbo, & Andream, num. 5. & ideo regulariter non est puniendus ea pena qua principalis, sed mitiori, ut praediximus, & hanc esse frequentiori calculo receptam sententiam dicit Plaça, de delict. lib. 1. cap. 16. num. 15. & ex eo Iulius Clar. in practice. crimin. §. fin. quæst. 90. in versic. aut vero.

15 Respondemus tamen difficultatem motam procedere & debere intelligi, quando quis receptavit quemquam, openique, vel auxilium præstitit post delictum, iam commissum perfectum, & consummatum, pro ut contingit in homicidio iam commisso, & similibus, sed in specie qua agimus, nempe receptantis, furem cum re furtiva delictum est in fieri, quia fur, & latro semper furatur, & est in delicto actuali, dum retinet atque contrahat legi inficiando, §. infam. ff. de furtis. Unde receptans videtur ei auxilium & fauorem præstare in ipsomet delicto, & non postea; sique merito eadem pena renetur, ut in dict. legibus regis, & in terminis ita declarat materiam hanc Bartolus in l. furtum, ff. de furtis, & ibi Angel. & communiter Doctores, Alberic. in l. eos, C. de furtis Angelus de maleficio, in parte, & vestem celestem columna secunda, versiculo, quid si rem furtivam, numero, quos refert & sequitur Antonius Gomez, tertio tomo, capite quinto de furtis, sub num. 16. ubi hanc sententiam veram esse intelligit & procedere quando quis receptavit furem, vel latronem simul cum rebus subtraçtis, vel receptat, vel occultat ipsas res tamen in quibus terminis, loquuntur præd. II. & militat ratio

16 supra assignata & secus autem, si tantum receptavit ipsum furem, vel latronem, vel opem, & auxilium ei dederit, quia tunc tantum habet locum pena simplicis receptoris ex text. formalis, & expresso in lib. 1. Cod. de bis, qui latronem occultat, & hac est singularis, & necessaria declaratio, atque communis opinio Doctorum, secundum Anton. Gom. ubi supra, & probat Gregorius Lopez, in dict. lib. 18. in glossa, à los enbrievien, post pænt. princip. dicens esse notandum ad intellectum, dict. l. eos, C. de furt. quæ expressè probat quod ij qui à seruo furtim ablata scienter susceperunt, possunt furti conueniri, & procedit l. illa non solum in his qui ab illo furtim ablata susceperunt, sed etiam si à filio, vel famulo iuxta gloss. ibi versicul. eos, & etiam si ab extraneo, quia in utriusque militat eadem ratio, & ideo debent eadem pena merito puniri receptatores scienter rerum furto ablatarum, ut contra Hippolyt. cum communi probat Peguer. decision. crimin. 25. per totam & præcipue, num. 4. cum segg.

18 Sed est alia declaratio non minus necessaria, quam præcedens ad intelligentiam prædictorum, nempe requiri scientiam in receptatore ad hoc ut puniatur, ut in furto probat expressè, dict. l. eos, ibi, eos qui à seruo furtim ablata scienter susceperunt, &c. l. 1. 2. & 3. §. sed enim, ff. de incen. rui. & naufr. & probat late Peguer. ubi supra, num. 2. & 3. & licet non loquatur in receptante ipsum furem, sed res ablatas, idem profecto est in nostra specie ut in lib. 2. in l. illa gloss. 1. circa fin. ff. de recepta, & lib. 4. titul. 14. part. 7. circa fin. ibi: T ce diese aynda à sabiendus, &c. & in l. 1. titul. 16. lib. 8. ordinam. ver. hodie lib. 4. tit. 12. lib. 8. noue collect. reg. ibi: sabida la verdad, & illam gloss. dict. l. prima, ff. de receptat. dixerunt ordinariam, D. de Rota decision. 44. quam & plures Doctores eam glossam

commendantes, cummlauit D. Perez ad Segur. in repetit. l. cobaredi §. cum filia, num. 149. versic. 3. vero casu, ff. de vulg. & pupill. & in d. l. 1. tit. 16. lib. 8. pagin 322. column. 1. & in l. 37. tit. fin. lib. 8. gloss. 1. pag. 384. column. 1. & Roland. à Vall. cons. 45. num. 26. lib. 1.

Et quod est generale in quocunque receptatore delinquentium, ut in lib. Methodorum, ff. de pen. lib. 2. titul. 16. lib. 8. ordinamenti veteris, & ibi Perez gloss. 1. & in occultante hæreticum, lib. 5. titul. 26. pag. 7. ibi: Ninguno de ellos sea assado de recibir à sabiendus, &c. & lib. 6. eod. tit.

Probabilis enim ignorantia, quod ille non sit delinquens, excusat à pena receptoris, nam vera & non præsumpta scientia requiritur, quod sit delinquens secundum Baldum, & alias quos refert & sequitur Auendan. 2. part. cap. 7. prat. num. 11. ubi adducit per hoc lib. 36. & 37. titul. fin. lib. 18. ordinam. veter. ibi: Seyena o le prouado, que la sabida, nam in dubio præsumitur ignorantia iuxta gloss. 1. in fin. in l. 1. ff. de receptat. & alios quos ibi etiam refert, & sequitur Auendan. & nos sequuti eos fuimus, cons. 36. num. 26. & 27. Didac. Perez in l. 4. titul. 16. lib. 8. ordinam. pagin. 324. column. 2. versicul. quod autem, ubi ampliat in receptante delinquentem post banum iudicis, ut solet fieri facta informatione delicti, ut adhuc ex receptatione non sit puniendus, ignorans illum fuisse bannitum, aut à iudice prohibitum ne ab aliquo præsidium recipiat secundum auctores, quos ibi refert addens, quod ignorantia, & bona fides præsumitur, nisi contrarium probetur, & quod iuramento receptantis probabitur ignorantia, ut ibi late probat.

19 Similiter, licet quis deliquerit, si tamen receptans ignorat iudicem aduersus eum procedere, interim non est vere receptor, qui non facit ut iudicis manus ille eaduat, pro ut requiritur ex notatis per Lucam de Pena, in lib. 1. Cod. de desertor. lib. 12. & in terminis ita probat Auendan. ubi supra, num. 4. & Anton. Gomez 3. tom. cap. 3. de homicidio, numer. 50. cum sequentibus, & nos quoque ubi supra, num. 25. Auendan. 2. part. cap. 7. prat. num. 11. nisi fuerit requisitus per iudicem, vel literas iudicis, ut tenet Didacus Perez, dict. l. 1. tit. 16. lib. 8. ordinam. pagin. 32. column. 2. ibi, quia nesciebat, &c. quod latius iure regio probauimus d. num. 25.

20 Quinimo scientia requiritur in casu dict. lib. 1. 21 & 2. tit. 16. lib. 8. ordinam. hodie 4. & 5. tit. 12. lib. 8. nou. coll. reg. & quod occultetur receptatus scienter, & negetur iudici, ut patet ex eis, nempe dict. l. 4. ibi: T si el Alcaide los defendiere sabida la verdad, & ibi: T sino lo hizieren siendo requeridos; 7 en ello sueren negligemes que lo paguen de sus bienes, & dict. leg. 5. ibi: si seyendo requeridos por los Alcaldes, à sueres que han de cumplir justicia, &c. quæ leges loquuntur: En la pena de los señores y Alcaldes, de los Castillos, y fortalezas que recepien los mal hechores, no los entregando siendo requeridos por los señores.

Verum superiora sunt intelligenda hoc modo, ut quantum ad imponendam penam corporalem requiratur plena seu vera scientia, sed quantum ad imponendam mitiorem penam, & sic extraordinariam quæ ex culpa conuenit imponi, sufficit scientia præsumpta ut per famam, vel suspicionem, ut quia malefactor fugiebat, & rumor

tumor erat post eum secundum Baldum in l. 1. C. de hi qui lar. occis. quem refert, & sequitur Gregorius Lopez ubi supra, in modo cum citauimus, idem probat Aucend. ubi supra, sub num. 11. versic. quod autem.

23 Obseruandum igitur erit, quod in receptante generaliter delinquentem vera malitia & animus receptandi debet colligi, & non alia coniectura, ut receptans debeat puniri: faciunt tradita per Rolandum à Valle, dict. consil. 45. num. 28. cum sequentibus, ubi quod dispositio dict. l. eos, non habet locum, quando quis scienter etiam receptauerit res furto lucradas, non animo, & intentione aliquid lucrandi, sed gratis ut tantum seruiat amico: non enim ex receptatione alicuius personæ, vel rei præsumitur dolus, quando ad receptantem commodum non peruenit, ut cum Bald. & aliis, ibi late, probat.

25 Hinc est quod si quis intrans domum, vel hospitium petit bibere, vel aliquid alimentum, quod præstatur maxime pretio interueniente, iniquum esse hunc punire tantum receptatorem, vel feratium, cui equum delinquentis ferro calcceuit, ut inquit Auendan. secunda parte, dict. cap. 7. prat. sub num. 11. versicul. sexto, inferunt, unde idem esse, en el herrador que hierra el caualla delo delinquente, que passo por sa meson à tienda.

26 Similiter idem est in eo qui retineret homicidas, & fures gratia misericordie, & eo respectu celaret, nam videtur licitum secundum Angel. per text. ibi in l. qui vas, §. qui ex voluntate, ff. de furt. dum tamen non fiat contra iussum iudicis, secundum eum quod notandum dicit in praxi Gregor. Lopez in dict. l. 18. tit. 14. part. 7. in glossa, à los encubrievien, ibi, & aduert. &c. Et quod qui dedit potum, & cibum delinquenti non dicatur receptor Barr. in l. 1. §. quod autem, ff. de seru. corrupt. Didacus Perez, in dict. l. 1. titul. 16. lib. 8. ordinam. pagina 322. in princip. diximus, dict. consil. 36.

Quod quidem verum non existimo saltem in conscientia, cum iustus prædict. iudicis potius sit interpretandus ad terrorem, quam ad incurrendam illam penam, quia aliàs esset iniustissimus, & contra ius diuinum & naturale, & charitatem: necare enim videtur, qui alimenta denegat l. necare, ff. de lib. agnosce. præcipue tempore præcisæ necessitatis pro ut in eo videtur constitutus delinquens hic stante præd. iussu iudicis, si omnes obedire tenerentur, ne licite possent ei alimenta ministrari: præcipueque procederet hoc, si ignoretur à ministrantibus præd. alimenta, iustus ille iudicis, iuxta præd. verum idem probo etiam data eius scientia dummodo nihil ultra alimenta necessaria pro sustentatione præstentur, cessante omni fraude, ob id enim neminem condemnarem, nec consulo iudicibus aliquem in ea specie condemnationem, quinimo censco eos teneri omni iure & in vtroque foro, à simili condemnatione abstinere.

27 Deducitur etiam ex supradicta quod qui ignotanter præstitit equum, arma, vel famulum amico dicenti velle ire in villam, & deinde hominem occidat, si testibus id probetur, minime tenebitur, quia non venit delictum in mentem suam, & quia parcendum est ei qui bona fide facit, ut in l. quicumque, Cod. de seru. fugiti. ubi Bald. num. 22. argument. iussum text. hoc expressè tenet alios allegans Petrus Plaça de delict. lib. 1. cap. 16. num. 14. Didacus Perez in dict. l. 1. tit. 16. lib. 8. ordinam. pag. 322. col. 2. quod & tenuit idem Praxis Criminalis.

Hippolyt. in l. 1. num. 11. C. ad l. Cornei. de Sicar. quem refert, & sequitur idem Didacus Perez in l. 1. titul. 10. lib. 4. ordinam. colum. 15. 13. est. pro hac opinione, l. regia optima à contrario sensu, l. 10. titul. 8. pag. 7. ibi: Si oro le diese armas à sabiendus con que se matasse assi mismo, & à oro, &c. tamen in Hispania Regnis apud iudices quos, Pefquisidores, appellamus abique vilo delectu huc atque illuc præstantes arma ignotanter maleficio, ac viam delinquenti monstrantes, tamen illos ignotet velle delinquentes, graues faciunt luere penas in optimotum hominum iniuriam, ac iustitiae dispendum, & Dei optimi maximi irreuerentiam, in innocentium sanguinem anhelantes, & quamuis oporteat crimina coërceri præcipue hac nostra tempestate in quo delictorum scelera pullulant, sed non ita proterue, sed pensata animi deliberatione iudicium, ut hæc præstat Petrus Plaça ubi supra, & profecto d. regia est contra eos, & ve illi iudici, qui talia fecerit.

28 Similiter stante statuto puniente tenentem vxorem alterius paritit ignorantem, si non distimulet ignorantiam, vel cum aliquis vellet eum certiorare, & noluit audire, vel hoc scito non dimisit eam, nam ex perseverantia patet id iudicium animi fuisse, ita Baldus in dict. leg. quicumque, num. 23. & num. 23. & cum Hippolyt. Didic. Perez d. col. 15. 13.

29 Ex quibus inferri potest ad decisionem illius quæstionis, quæ sæpe contingit. Quidam vocat amicum ignorantem ad maleficio committendum, & rogat ut eum associet, ipse accepto ense hoc facit, & obicitur inimicus illius, & cum interfecit, queritur an iste associans profusus ignarus illius facti, & non præstans auxilium ad illud maleficio committendum teneatur aliqua pena? Ex supra dict. videtur dicendum nulla pena teneri; sed non teneri quidem pena ordinaria probat cum aliis Petr. Plaça de delict. lib. 1. cap. 16. num. 3. in princip. Sed verius meo iudicio resoluti hanc quæstionem Didac. Perez in d. l. 1. titul. 10. lib. 4. ordinam. colum. 15. 14. distinguens in hunc modum: Ut siquidem iste associans dum vidit illum velle interficere inimicum suum, aufugit, vel recessit data sibi facultate recedendi, aut non erat potestas sibi commode recedendi, & his casibus non tenetur per supra, dict. intelligi, si quando non erat sibi potestas commode recedendi, amico non auxiliatus, est sed potius missus fuit vere pacem tanquam mediator inter eos immittere: si vero sciens noluit recedere habita facultate & copia honeste recedendi à loco tixæ, secus erit dicendum argumentum, l. qui sit fugitiuus, §. idem ait, si seruus, ff. de edict. edict. ubi Bald. & Cæpol. num. 5. notant illum textum in fauorem famulorum conductorum ad occupandam aliquam possessionem, vel castrum, ut non puniantur, si certi de qualitate facti recedunt, & vltorius nolunt se amplius immiscere alias secus, l. 12. ibi: Deuenlo fazer con inoncion de se tornar à la tierra quanto mas ayna pudieren, titul. 25. pag. 4. & ibi Greg. Lopez in verbo, & no quisessen, quod si aliter res se habeat, ita ut nec omnino huiusmodi associans sit immunis à culpa, nec reus illius tunc iuxta modum culpæ, & allegata, & probata, nec non & pro qualitate facti, & personarum arbitratè erit puniendus.

Denique, ut hunc casum de receptoris ab soluamus, adduco quandam singularem limitationem, in qua receptor etiam sciens non tenetur aliqua culpa, nempe quando prohibere non potuit,



potuit, utpote quando fur vel alius delinquens erat homo ferocissimus vandolentus, & solus, vel cum aliis focis congregatis vadit ad domum, & dicitur, *Si non aperis portam, impone-mus ignem, vel si nos, non recipis, interficiemus te*, ipse autem timore petteritus aperit portam, vel eum, inuitus, & compulsus vi coactiva recepat, certe excusandus est, quia resistere non potest, quia nullus tenetur se ipsum perdere, sed conservare secundum ius naturale, & nulla lex esset rationi congrua, quæ contrarium suaderet, sed iniqua & bestialis, quia lex debet esse possibilis, ut in terminis probat idem Didacus Perez, in d. l. 1. titul. 16. pag. 322. col. 1. in versiculo, idem etiam lib. 8. ordinamenti, ubi maximè inuehitur contra iudices perquisitores, qui contrarium faciunt, & innocentes pauperes sine culpa, & probationibus idoneis puniunt ut animosi, seu potius carnifices supremis iudiciis: contra ius naturale, & diuinum, & humanum faciunt, & condemnationem perpetuam sibi acquirunt, sanguisque, & pecunia innocij ab eis miseris in feru, & stridore dentium expendenda erit.

32 Post hæc scripta Farinac. de furt. quest. 171. num. 1. cum pluribus sequentibus, late agit de crimine peculatus, & residui, & illius pœna, quando locum habeat, & quando non, & constituit regulam, quod omnes illi, qui pecunias publicas intercipiunt, vel auferunt lege Iulia peculatus tenentur iuxta plura iura, & Doctores quos ibi congerit, & num. 3. ampliat ut peculatus crimen committens puniatur pœna deportationis, & pœna confiscationis bonorum, & numeris sequentibus, quod pœna deportationis hodie non est in vfu, & ideo intrabit pœna arbitraria, & num. 8. quod in crimine peculatus habeat locum etiam pœna pecuniaria quæ est quadrupli contra intercipientem bona sisco incorporata contra autem intercipientem bona non incorporata est pœna dupli, & similiter alias plures ampliationes, & limitationes assignat per totam questionem, & hoc de iure communi, de iure autem nostro regio quæ pœna sit imponenda in prædicta specie, iam prædiximus, & similiter de iure canonico.



S V M M A R I V M.

1. Furta domestica an sint punibilia? & numeris seqq. & qua persona domestica dicantur, in hoc ibidem.
2. Familiaris & seruius, qua pœna puniantur pro primo furto domestico rerum domini sui? & numeris sequentibus, vsque ad finem questionis.

De furto domesticarum personarum.

Q V Æ S T I O C L X.

**V** A R O quid dicendum sit de furto domesticarum personarum? Et quidem contra eos agi non potest actione furti, nempe aduersus liberos aliosque descendentes, uxorem, aut seruum, textum in §. hi qui in parentum insunt. de obligat. quæ ex delict. nascunt. leg. si quis uxori in principio, & in §. 1.

ff. de furt. & in l. 2. ff. rerum amot. & in l. serui, & filij, ff. de furt. & de furto liberi, vel mercenarij, l. si libertus, ff. eodem titul. de libertis, nepotibus, uxore, & seruo, expressa l. 4. in versiculo, pero si, titul. 14. part. 7. §. Vbi tamen per-mittitur patri, & auo & marito moderata coërcitio, ut in posterum præcaueat, simile quid admittere, idem in famulis decidit l. 17. versiculo, oiro si, titul. 14. part. 7. ubi etiam domino permittitur moderata coërcitio arbitrio suo: De manera que no lo mate, ni liste, præter recuperationem rei modici valoris subtrahæ, ubi Gregorius Lopez in glossa, por jornal cierto, intelligit quod ibi dicitur de mercenario, de illo, qui stat in domo domini sui, non veto de eo qui stat per se seorsum, licet laboreat ad mercedem, cum illo, cuius rem furatur, & ira videtur probari in l. respiciendum, §. furta domestica, ff. de pen. quod in specie tenet Cepol. in repetitione, authent. sed non iure est, num. 12. Cod. de serm. fugit. ubi de filio, & uxore, & multis aliis, qui dicuntur domestici, & hæc quando supradicti. personæ furantur rem parui valoris, agit etiam de his Petrus Gregor. in 3. part. syntagm. iur. vniuers. lib. 37. cap. 12.

Secus erit dicendum, si furetur rem magni 4 valoris, agi namque potest contra eas furti, dict. l. respiciendum, §. furta domestica, ff. de pen. & dict. l. 17. ibi: *Mas si el furto fuesse grande, o de cosa que valiesse mucho, entonces bien la padria demandar en juyzio à cada uno de los con la pena, l. 144. Ityl.* §. Quæ ll. licet loquantur 5 in famulis, idem tamen est, in filiis, & nepotibus, uxore, & seruo secundum Bartol. & alios quos refert, & sequitur Gregorius Lopez in dict. l. 17. in glossa, fuisse grande, Antonius Gomez, dicens communem in tertio tomo cap. 5. de furt. num. 3. §. Vbi quod respectu filij existentis in potestate patris iudex dicabit sententiam, secundum voluntatem patris ut in l. 3. & 4. Cod. de patr. protestat. & ibi communiter Doctores. §. Et quod dicatur furtum 7 paruum, & magnum in proposito relinquunt arbitrio iudicis, perpensis qualitatibus rei furto subtrahæ, & personatum dict. l. 17. in versiculo, è para faber.

Quinimo ait Ioan. Faber in §. alia deinde lex, 8 numero secundo, ad fin. insunt. de public. iudic. quod seruitor, & familiaris suspenduntur pro primo furto, extraneus non, & si extraneus inueit familiarem uterque est suspendendus: pro quo facit, nam vix tuta futura sit domus, nisi serui cum periculo capitis sui, dominum, & ab extraneis, & à domesticis custodiant, l. 1. ff. ad senat. consult. Syllan. §. Et conditionis spe-ciem habet crimen furti, quod à domesticis committitur, & à famulis quibus omnia committimus, & grauius ideo puniendi, non solum cum facto nocent, sed etiam si finestra voce dominum velint acculare, nam & id tentantibus, statim gladio vtore silentium ab initio ponitur, l. si quis ex familiaribus 20. in ordin. Cod. de his qui accus. non possunt. §. Nec pe-10 stis capitalior est familiaris inimico, cap. si inimicu 93. distinctione, cap. quibus 33. questione secunda, l. fratres, Cod. de inofficiso testament. §. Si quidem clandestinis, & domesticis frau-11 dibus facillè quiduis pro negotij opportunitate fieri potest l. data iam pridem 27. Cod. de donat. §. ac proinde magis delinquit is, cui plus creditur, cum credita fide abutatur, & ideo maiori sup-12 plicio dignus. Et in terminis inuenio affirmate Doctores

Doctores illam opinionem Ioan. Faber, in praxi de consuetudine obseruari; suspensus enim fuit quidam famulus, cui dominus pecuniam traderat, & ipse illam in vltus suos conuerterat, 13 pro quo famulo fuerat aduocatus Ioan. de Immol. ut ipsemet refert in l. si tibi dederim, ff. de donationibus, & in l. Cassius, ff. de solut. quem refert Ioann. Igneus in l. 1. in principio, num. 91. ff. ad sll. subdens, quod ita etiam Rotomagi fuit pluries iudicatum, idem recenlet Iason. in leuis qui §. quæ vero, num. 7. ff. si certum petat. 14 tur. §. Idem etiam seruatum fuit in quadam ancilla, quæ furata fuerat domino suo certam quantitatem auri & argenti, & fuit laqueo suspen-sa, ut refert Casianus in consuetudin. Burgund. folio 48. num. 37. quem refert Iulius Clarus in practica criminali. §. furtum versiculo, posses etiam, ubi etiam quod de ancilla illa idem seruatum fuisse in ciuitate Neapoli, attestatur Afflict. supra, prima parte, consiliu. Regni rubrica, 63. num. 12. & Boët. decis. 316. post nume-15 ro 716. refert; quod quidam famulus pro furto fuit transmissus ad tritemes; refert etiam Pappo. lib. 23. titul. 5. Arresto secundo, quod quidam mulatarius, qui domino suo furatus fuerat notabilem quantitatem pecuniarum fuit laqueo 16 suspenfus, §. & addit Clarus, quod tales fures non modo sunt corporaliter circa mortem puniendi, ut pluries vidit seruari in illo ducatu, sed debent furcis suspendi tanquam gra-fatores, seu famosi latrones, ut dicunt præallegati Doctores, & in aliis Prouinciis seruatum 17 fuisse testantur; quinimo inquit etiam Clarus quod furta domestica vidit ipse quandoque puniri, quando sunt multiplicata, ut in quodam Ioann. Iacobo Cremonen. 7. Nouemb. 1558. eandem sententiam Fabri, refert, & sequitur Bernardus Diaz de Lugo in practica criminali. canonic. cap. 90. in noui versic. adeo, quod Ioann. Faber ubi eius addit. litter. C. illam probat dicens moribus, & consuetudine esse receptam; eandem sequitur Petrus Gregorius ubi supra, num. 2. referens ex Igneo & Iason ubi supra, ita fuisse sapius iudicatum.

18 Ego vero, & si videam magnam esse aucto-ritatem praxi, & consuetudinis, necnon & præfatorum auctorum, nihilominus audeo affirmare eam opinionem non esse iudicam, necque seruandam in praxi, sed potius famulum huiusmodi, semotis aliis circumstantiis, non esse pœna mortis condemnandum, sed verecundia publica, vel fustibus, & in tritemes per tempus à ll. regis nouissimis statutum. nempe pro primo furto per sex annos, vel ad summum in vltieris tempus arbitrio iudicis ratione illius amplioris qualitaris famularus, quam adeo exaggerant, & ponderant DD. ut ob eam ce-19 seant (sed rigorosè nimis atque sine iute) furca esse suspendendum, quod non probamus.

Primo, quoniam regula iuris communis, & nostri regni est in contrarium, nempe quod pro primo furto, quis non debeat regulatiter pœna mortis condemnari, ut vidimus supra alia questione, sed hic non est de casibus exceptis, ergo: &c.

Secundo, quia per ll. nouiores huius regni nempe l. 7. & 9. huius tituli 11. lib. 8. noua col-lect. regia, furibus nulla maior pœna indistin-ctè ponitur pro primo furto extra Curiam com-misso, quam verecundia publica, & tritremium per sex annos: ergo imponere pœnam mor-tis famulo, pro primo furto est contra prædict.

Praxi Criminali.

ll. & fieret sine l. & contra dicta leg. 18. titul. 14. part. 7.

Tertio, quia si ratione illius qualitaris scilicet famularus, quæ videtur aggravare delictum iudex velit augere pœnam, poterit quidem illam augere in eodem genere, nempe vel fustium, vel amplioris temporis tritremium, citra tamen pœnam mortis, ut pluries inquit etiam vidisse seruatum in illo Ducatu, Iulius Clarus ubi supra.

Quarto, quia d. l. 7. infra hoc titul. 11. in versiculo. *Y en los otros, cauetur, que en los hurtos qualificados, y robos, y saltamientos en caminos, o campos, y fuerças, y otros delictos semejantes, o mayores los delinquentes sean castigados conforme à las leyes de los Reynos: sed nulla l. regia cauetur, que los criados que hurtaren à sus amos cosa ninguna sean condenados à muerte, si no que si el hurto que hiziere el criado fuesse grande, o de cosa que valiesse mucho entonces bien lo podria demandar en juyzio el amo con la pena à discrecion de quando el hurto domestico es de poca cosa que entonces no se puede demandar por via de hurto, como auia dicho antes la misma ley: mas no dize que la pena sea de muerte: antes la ley diez y ocho, que luego se sigue. Dize, que por razon de hurto no deuen matar ni coriar miembros à ninguno, y lo mismo dispone el derecho comun, ut in authent. ut nulli iudicium, §. fin. collectione 9. Luego como pueden en los juyzes dar pena de muerte por el primer hurto del criado, aunque sea grande no auiendo ley qui tal diga, antes lo contrario, ni los Doctores que escriuen tener ni aconsejar semejante opinion, la practica y consue-tumbre que allegan es contra derecho, y rigorosissima, y si se ha vjado ansi ha sido en otras Prouincias estranas, y diferentes desta nuestra, mas en España no es visto que se haga tal cosa, ni se puede hazer, per sup. dicta.*

Lo quinto, por que los argumentos de la opinion contraria solo concluyen que se aumen-te la pena, mas no prueuan que deuida se comitte en muerte, & ita rectissime P. Foller. in practica criminali. canonica, secunda parte, cap. 21. num. 9. reprobat opinionem Fabri, & sequacium, dicens esse sine l. quem refert, licet eam non probet Salzed. in addition. ad Bernardum Diaz, ubi supra.

Vltimo, dato, sed non concessio, quod opinio Fabri esset vera, & in aliis Prouinciis practicable, in nostro Regno Hispaniæ existimo esset condonanda, & commutanda pœnam mortis in prædict. specie in tritemes, &c. per l. 7. infra, hoc titulo 11. quæ si in aliquo casu locum habet, præcipuè haberet in hoc, cum posset seruari commodè; in summa opinio Fabri, & sequacium nec vera est, nec practicable in his regnis. Post hæc scripta Farinacius de furt. questione 174. num. 77. cum sequentibus, folio mibi 87. post regulam cum suis ampliatio-nibus declarationibus, & limitationibus, in hac materia de furto domestico, & illius pœna, quando locum habeat, & quando non attento iure communi, qui est videndus, & num. 96. inquit, quod non sequitur opinionem Fabri ubi supra, sed nos breuius, & clarius materiam hanc supra explicuimus.





S V M M A R I V M.

- 1 Clerici personaque Ecclesiastica furantes, qua pena puniantur, & numeris sequentibus per totam.
- 2 Cap. tua de penis intellectum, & numeris sequentibus.
- 3 Clericus condemnatus aetione furis efficitur infamis etiam iure Canonico, ut in numero 16. nisi quando tantum esset condemnatus ad restitutionem rei furatae, num. 17.

De pena Clericorum furantium.

QVÆSTIO CLXI.

**V**ARO qua pena puniantur Ecclesiasticae personae furantes? Et quidem iure Pontificio deprehensa, vel conuicta furti a iudice Ecclesiastico deponuntur, cap. Presbyter 81. dist. 8. & ibi glossa verbo, cap. 1. & si deposita incorrigibiles sint excommunicantur, deinde contumacia crescente anathemate percelluntur, & tandem si contumaces persecuerent Curiae seculari dantur castigandi, cap. cum non ab homine, de iudic. quod intelligi debet quando furtum non est leue, secus alias, ut quia modicae quantitates, aut quia domesticum, ut cum Abbate in cap. tua, de pena, probat Molin. Theolog. de delictis, tract. 2. dist. 695. num. 26. col. 1220. ad fin. ubi quod tunc pena solum arbitraria puniri debet.

2 Sed Innocent. III. in cap. tua de pan. censuit, ac praecipit, Clericos in latrocinis deprehensos degradatos a suis ordinibus in arcum Monasterium debere detrueri, quae degradatio debet esse verbalis, non vero actualis secundum Ioan. Andr. ibi & Abb. in cap. si Clerici, colum. 2. versic. ad tertium de iudic. & Aretin. in dist. cap. cum non ab homine, colum. 1. versic. addis. etiam, quos refert, & sequitur Bernard. Diaz de Lug. in sua pract. crim. & canonico, cap. 90. secundum nouam impressionem compluti, Ann. 1587. in versic. de gradationem.

3 Quo fit ut ex dict. cap. tua, Hostiensis in summa titul. de conditio. furti. §. fin. scripserit Clericum de hoc crimine accusatum confessum, vel conuictum deponi debere, & in Monasterium detrueri, de depositione non est dubium ut in dictis iuribus, & in dist. cap. cum non ab homine, & tenet Ioan. Andr. & caeteri, in dist. cap. tua.

4 Quod autem maiorem difficultatem habet est illud, de pena detractionis in Monasterium, an sit imponenda simplicibus furibus, textus, namque in dist. cap. tua, quae hoc praecipit loquitur in Clericis in latrocinis deprehensis, at vero notoria est in iure differentia inter fures simplices, & latrones: illi enim sunt, qui semel, aut iterum furantur, hi autem qui saepe, ac saepius, ut resoluimus supra.

5 Deinde latro dicitur qui de die, & cum violentia quandoque delinquit, fur autem noctu & sine ea, ut cum Abb. dicit Bernard. Diaz ubi supra, in versic. quia latro, & ut Calepino placuit latrones dicuntur viarum obsecutores, fures vero, qui occulta fraude decipiunt, ac nocte furantur,

licet plerumque indifferenter ponuntur: sed cum textus ille loquatur in Clericis in latrocinis deprehensis, videtur fundari in assiduitate furandi, ac proinde in famosis latronibus: quare textum illum intelligit Hostiens. ibi in latronibus, non vero in furibus: quia magis videtur delinquere latro quam fur, sicque videtur velle quod pena illius text. non habeat locum in simplici fure, & tenet expressè Abb. ibi dicens per illum textum, quod eius dispositio non habeat locum in simplicibus furibus & sic, quod licet Clericus pro furto simplici possit deponi, quod forte non fiet detrusio post depositionem, sequitur Cardin. de Turrecremat. in dist. cap. Presbyterum: eundem intellectum ad illum textum, ut intelligatur de famoso latrone, qui furca suspenditur, admittit Aretin. ubi supra, colum. 9. versic. aduerte tamen, cum quibus transit Petrus Gregor. in tertia parte, synagmat. lur. vniuers. lib. 37. cap. 2. sub n. 23, & mihi quoque placet hic intellectus, ac iuridicus videtur, praecipue, ne durtior pena simplicibus furibus Ecclesiasticis imponatur pro simplici furto, sed benignior argumento regulæ odia refringit, &c. ita est tenendum quamuis contra hunc intellectum tenet Bernard. Diaz de Lug. ubi supra, in versiculo, ego vero, existimans dict. cap. tua praecedere etiam pro simplici furto.

Placet tamen mihi eius opinio dum censet 7 ipse, considerandam qualitatem furti, modumque furandi, noctu enim sine violentia grauius potest perpetrari furtum, quam in ipso lumine Solis, & cum aliqua vi, & quod pena depositionis, & detractionis iustius irroganda est, praesertim qui furtum admixtum sacrilegio perpetraverit semmè enim offendit Clericus qui plus caeteris debet sacra tueri, & reuereri, si illa violat, aut offendat in eis: similiter quod si Clericus degens in seruitio alicuius furtum commiserit iudex Ecclesiasticus grauiori pena debet eum punire, quam si extra domum eius cui inseruit simile furtum faceret: quis enim domesticos fures valebit effugere? eos seueriori pena quam alios à tanto facinore trahat; denique in his Hispaniae Regnis credit, ac consilii ab Ecclesiasticis iudicibus obseruari debere, quod sicut per ill. regias in locis desertis commissa furta grauius puniuntur, sic ipsi, Clericos talia perpetrantes grauiori corrigant animaduersione, necnon, & quoties aliqui Clerici in se detinent, ac habere insitiantur, bona, quae moventes (maximè peregrini) apud ipsos confiterint deposuisse, ut suis hereditibus, vel aliis personis quibus ill. illa dare non prohibent restituant, quia hoc grauissimum scelus iudicandum est, cum confidentia à morientibus facta ipsique promissa negetur, & sepius in concernentibus saluationem animæ ideoque zelo maximo iudices hoc scelus corrigere, ac punire debent, & ad Bernardum in supradictis se remittere videtur Jacob. Menoch. de arbit. iudic. lib. 2. centuria 3. casu 295. §. Resoluimus ergo Clericos Ecclesiasticos personas pro furtis ab eis perpetratis, & admissis iuxta qualitatem furti modumque furandi puniendos esse arbitrio iudicis omnibus reatè perpensis & consideratis pena depositionis, & aliis grauioribus si qualitas furti, loci & temporis id exposcat, vel leuioribus si furtum vile sit & modici valoris, § sic enim generaliter traditum est ad penam constituendam pro furto, considerationem personarum & furum, & à quibus furati sunt, habendam esse, ut in aliis criminibus quoque seruat, l. mores 9. §. sed enim, & l. in seruorum 10. l. capitalium 28. §. nam.

§. nam omnes, & §. fin. ff. de pan. Petrus Gregor. lib. 37. synagmat. iur. vniuers. cap. 10. in princip.

- 10 § Similiter, & loca, ubi & vnde furti sunt obseruanda sunt, vt docet idem Petr. Gregor. ibidem cap. 12. ubi bona exempla ponit nempe, loci sacri, publici balnei, Hospitij, Molendini, Horreij.
- 21 militie, § Similiter furtum ex circumstantiis variis qualificatur, nempe, vis, homicidij, effractionis, § grauius etiam delinquit fures directarij, qui in alienas se dirigunt domus furandi causa, & qui velut aliqui negotij habentes in cenaculis aliorum repunt in ea, & se occultant, vt si non detegantur liberè auferant, quod solent ita operari, dum vel se alicuius, vel domesticij ingressi ante furtum, famulos, vel cognitos dicunt § vt faciunt muscæ aulicæ, Parafiri, qui impudenter omnibus sese mensis, & hominum societatibus admiscunt captantes occasione interim futandi, si possunt vel aliquem decipiendi, dolum regunt hi directarij plerumque etiam mendici nomine, quocum ad fores elemosynas petunt, nec facile furandi causa ibi adesse existimentur, interim obseruant latebras domus in quas se dirigunt vt pro elemosyna dominos interpellaturi, dum autem & furtum dominum, neque quemquam animaduertentem nouerint subtrahunt, quæ se inculcudita sibi offerunt, vt de his latius distulit Petrus Gregorius ubi supra, cap. 4. num. 4. ubi num. 7. agit de furtibus facultatis dictis hoc nomine ab Vlpian. in leg. sacularij, ff. de extraordinar. crimin. quod vetitas artes exercentes in faculos partem subducunt, partem subtrahunt: de quorum omnium penis Petr. Greg. agit latè in dictis capitibus.
- 15 Illud præterea obseruandum est in proposito, quod Clericus condemnatus aetione furti efficitur infamis sicut laicus condemnatus ea aetione
- 16 in foro seculari, § quia quicumque sententia II. est infamis, est etiam infamis secundum canones, nisi repetatur contumacia decusum secundum Felin. in cap. qualiter, § ad corrigendos, col. 5. num. 28. de accusat.
- 17 Limitatur tamen præd. obseruatio eo casu quo Clericus solum efficitur condemnatus ad restitutionem rei furto subtrahit, quia per hoc non fieret infamis: potest enim intelligi fuisse actum conditione furtiua, quæ non infamat, & non aetione furti: ita Anan. in d. qualiter, quem refert, & sequitur Bernard. Diaz ubi supra, circa fin. in vers. nota tamen, & Petr. Gregor. dist. lib. 37. cap. 2. sub num. 23. ad fin.



S V M M A R I V M.

- 1 Nauta, caupones, & stabularij an teneantur de rebus furto subtrahitis in suis nauibus, & domibus? & an contra eos in litem iurari possit constituto de furto? & numeris sequentibus per totam quaestionem: ubi latè agitur de materia.
- 2 L. 26. tit. 8. part. 5. & l. 7. tit. 14. part. 7. intellectum: & concordat: 1. & 2. cum sequentibus.
- 3 Amicus recipiens amicum in domo sua non teneatur ad custodiam suarum rerum in sua domo immisurarum ex edicto, ff. nauta, caupones, & stabular. & quid de aliis, qui hospitantur in domibus vicinis 4. ob magnam copiam hospitum, & gentium regiarum, num. 10.

- 21 Dominus domus, vel Camera in qua ipso sciente, & patiente reliquit rem suam, & ostium apertum, an teneatur de re si furto subtrahita fuerit: & quid in scholasticis amicis, & sociis hoc scientibus, & consentientibus, num. 12.
- 23 Nauta, caupones, & stabularij, quibus casibus non teneantur ad custodiam rerum immisurarum in suis nauibus, & hospitij, & num. seqq.
- 28 Hospitij iuramento, an credatur contenti subtrahitis fuisse quasdam res, contentas in valislistam, quam signatam, vel conclusam tradidit cauponi? & num. seqq.
- 23 Furto probato an deferatur sub valore rerum subtraharum domino ipsarum iuramentum, & num. 24.
- 23 Intentans latenter furtum committere, sed non perficiens quod fuit deprehensus, an puniatur, ac si furtum consummasset?
- 25 Crumenam arsero deprehensus, qua pena puniatur.

De nautis, cauponibus, & stabularis an teneantur de rebus furto subtrahitis in suis nauibus, & domibus.

QVÆSTIO CLXII.

**V**ARO an nauta, caupones, & stabularij teneantur de rebus furto subtrahitis in suis nauibus, & domibus, & an contra eos in litem iurari possit constituto de furto? & eos teneri non videtur dubium: imò est regula affirmatiua, quod teneantur Peguer. decis. criminal. 45. num. 1. ait namque leg. 26. tit. 8. part. 5. Onde mandamos que todas las cosas, que los homes que van camio por tierra, o por mar, metieren en las cosas de los ostaleros, o de los taberneros, o en los nauios que andan por mar, o por los rios, o aquellas que fueren, y meridas con sabriduria de los señores de los ostales, o de las tauernas, o de las naues, o de aquellos que estuuieren, y en lugar de ellos que los guarden de guisa que se no pierdan, ni se menoscaben, o si se perdiesen por su negligencia, o por engaño que ellas fiziesen, o por otra su culpa, o si las furtafen algunos de los homes que vienen con ellos, ellos serian tenudos de les pechar todo quanto perdiesen, o menoscabasen. Ca guisada cosa es, que pues que fían en ellos los cuepos, è los auerres, que los guardan lealmente a todo su poder de guisa que no reciban mal, ni daño è lo que diximos en esta ley entendiese de los ostaleros, è de los taberneros, è de los señores de los nauios que usan publicamente a recibir los homes tomando de ellos ostalaje, o loguero: y lo mismo dize despues la dicha ley, si los recibieren por amor no tomando de ellos ninguna cosa fueres ende en los casos en ellos señalados y exceptados.

Sed contra decisionem prædict. l. part. ibi, d. si a las furtafen algunos de los homes que vienen con ellos serian tenudos de los pechar, todo quanto perdiesen, o menoscabasen: videtur esse alia expressa, nempe l. 7. titul. 14. part. 7. quæ est huiusmodi.

En la casa, o en su establa, o en su nave recibiendo un home a otro con sus bestias, o con sus cosas por ostalaje, o por precio que recibe, o aya esperança de recibir de ellos, si el ostalero mismo, o otro qualquier



quiser por su mandado, è por su consejo furtase alguna cosa à aquellos que assi recibiese tenudo es de pechar la cosa furada à aquel cuya es con la pena del furto. E si por auentura no la furase el mas algun su home que estuiese con el à soldada, è de otra guisa tenudo es: Otro si el ofalero de pechar doblada aquella cosa que lo furtaren magor, no fuese hurtado por su mandado, ni por su consejo, por que el es en culpa veniendo home malfecher en su casa, & hæc sunt indubia, intrat nunc difficultas: Mas si lo furtare otro extraño, è el ofalero no fuese en culpa del furto, entonce no seria tenudo de la pechar: fueras ende si la ouiese el recibido en guarda de aquel cuya cranca entonce tenudo seria de la tornar, è la estimacion, cuius contactatum ad literam probare videtur, dict. leg. 26. in verbis supra relatis quomodo igitur hæc duæ leges regij partitatum intelligendæ, & concordandæ sunt?

4 Meo iudicio, vt eorum correctionem inter se, intelligendæ sunt iuxta ius commune, nempe quod hospitator teneatur etiam de facto viatorum & executor etiam de furto, seu damno alienorum vectorum, vt l. 1. §. fin. cum leg. sequenti, ff. nau. caupon. & stabul. quando enim ipse recipit tenetur de facto etiam viatorum, seu vectorum. Si vero ipse non recepisset, tantum tenetur de facto suorum, quos in nauis, vel caupona habebat, non de facto viatorum, vt habetur in l. 1. §. serui ad fin. ff. iur. aduers. nau. & ibi glossa, & Bart. ita intelligunt, tenetur enim de facto, suo, & fuerum ratione officij, vt per Anton. Gomez. tit. de commodat. sub num. 2. ibi, licet secus, vbi, quod naua, caupo & stabularius, si in eorum presentia aliqua res ponatur ab hospite, & sit futata, tenetur eam soluere, vt in dict. l. 1. §. fin. si nau. caupon. & stabul. & ibi Bald. & alij DD. Gregor. Lopez, in dict. l. 7. in glossa recibis lo en guarda, idem in dict. leg. 26. in verbo que tienen, & D. Azeued. in l. 7. tit. 11. lib. 9. non. collect. reg. num. 19. in versic. ex quo etiam, & hoc est quod expressè approbat d. l. 7. tit. 14. part. 7. quam non citat, ibi Azeued. sed inquit, quod ita declarabit, & intelliges dicta per Auend. 2. part. cap. 8. prator. num. 5. in principio, & per Rebuff. in secundo como constituit. Francisc. titul. de hospitib. num. 7. dicentes pro furto aduenæ, & viatoris cauponem non teneti, hæc tamen iure communi, & attenda dict. l. 7. in versiculo, mas si lo furtare, sine difficultate procedunt & probat latè Peguer. decis. crimin. 45. vbi regulam constituit, quod si res in caupona recepta non restituatur, vel furto sit ablata, aut damnum in ea datum, aduersus exercitorem cauponæ actio in factum datur, ab hac regula excipit num. 2. quando aliquis ex viatoribus, vel quispiam alius rem abstulit, vel damnum dedit vt in l. omni. §. penult. & vltim. ff. iur. aduers. nau. & c. vbi habetur cauponem viatorum factum præstare non teneri & num. 3. inquit hanc exceptionem primo intelligendam esse, nisi cauponi res specialiter sit assignata, & data custodienda: quia hoc casu aliorum factum præstare tenetur, vt in l. 1. §. fin. cum duabus legibus seqq. ff. nau. caupon. & c. Et hoc credit verum nisi in caupona vis maior contigisset, per quam res petiret, quia tunc caupo, contra damnum passum de dicta vi exceptionem proponere posset, per text. in l. 3. §. inde Labeo, ff. eodem tit. ibi. Labeo scribit, & c. Secundo, dicta exceptio habet replicationem, quando aliquis ex his qui in caupona habitant furum fecerit, quia tunc caupo eorum factum præstat, vt

expressè canetur in l. licet, §. an factum eodem tit. ita Peguer. vbi supra, num. 5. vbi num. 6. inquit, quia tertia illius exceptionis replicatio esse potest, nisi aliquis ex his quos caupo, cauponæ exercendæ causa, ibi habet, furum fecerit, vel damnum dederit, tunc enim caupo pro illis tenetur, vt in l. 1. in princip. ff. iur. aduers. nau. & c. ibi in eos qui naues, & c. Et in versic. caupo, & tandem resoluit, cauponem de damno, aut furto quod in caupona factum est teneri actione, quasi de maleficio, vt ibi probat dicens quod ita practicando seruaret.

Non tamen aduertunt nostrates ad dict. l. 25. §. licet eam allegent probantem contrarium expressè, nempe huiusmodi nauas, hostalarios, cauponæ, & stabularios teneri de furto viatorum sola scientia immisionis rerum in suis nauibus, & domibus absque eo, quod in custodia eas receperint, dum inquit ibi dicitur si lo furtasen algunos de los homes que vienen con ellos: ergo loquitur de viatoribus; oportet igitur vt tenentes præstatam resolutionem, quæ verissima est, & tenenda in praxi, & in puncto iuris respondeamus, d. l. 7. in verbis præcitatis.

Sit igitur responsio, literam lillius, vt credo esse corruptam dum inquit que vienen, debet enim dicere, que vienen, scilicet con ellos, quod colligo ex verbis præcedentibus, & subsequentiibus, quæ proculdubio, vt patet loquuntur deipsis nauis hostalariis, cauponibus, & stabulariis, sed venire cum iis non propriè dicuntur cum illi non veniant, sed consistant:

Ergo intelligitur de viantibus cum eis, hoc est de seruis, & famulis, pro quibus quidem tenentur naua, cauponæ, & stabularij, atque hostalarij pro qua intelligentia præsto nobis adest lit. dict. leg. 7. in versiculo, è si por auentura, hoc idem probans ad literam, vt supra vidimus loquitur enim in seruis, & famulis recipientium hospites por ostelaje, è por precio, aliquid eorum futantibus, vt pro eis quidem teneantur, aunque ellos no se lo huieren mandado, ni aconsejado, por que son en culpa teniendo home mal hechor en su casa, hoc igitur est quod voluit etiam probare, dict. leg. 26. quantum litera eius, nempe, que vienen, corrupta esse appareat vel saltem impropria, vt intelligatur, de los que vienen, id est, andan con ellos, scilicet, con los señores de la nau, ostelajes, & c. Nam aduenientes cum hospitibus, referri non potest salua ratione recti sermonis, vt constat ex præcedentibus, & subsequentibus: nimirum igitur, vt ex eis verbum medium dubium, vel improprium declaratur, atque interpretetur iuxta leg. 1. ff. de reb. dub. & ibi notant DD. quod verbum dubium vnus dispositionis declaratur, & intelligitur per aliud verbum clarum eiusdem dispositionis, idem probant, l. heredes palam, §. sed etsi notam, ff. de testam. & in l. vitrum, & ibi Bald. Angel. ff. de peti. hered. l. si seruu plurimum, §. fin. ff. de legat. 1. diximus latè consil. 30. num. 2. cum sequent. præcipuè ad euitandam correctionem legis eiusdem voluminis.

Denique, quia quando lex voluit loqui de aliis, quam domesticis non eos appellauit vienen con ellos, sino otro extraño, & tunc ad hoc, vt pro furto eius teneantur naua, & hostalarij, & similes requirit quod res furatas ab extraneo receperint prius in custodiam, à domino eorum alias non teneantur, vt inquit dict. l. 7. in versiculo, mas si lo furtare, viatores enim furantes, non dicuntur familiares, sed extranei propriè

propriè loquendo: Deinde quia si verbum illud que vienen, intelligeretur de venientibus cum hospitibus, videtur per id excludi furum commissum ab aliis extraneis, cum eis venientibus: at in vitisque est eadem ratio, vt pro eis recipientes hospites ex officio non teneantur, nisi in custodiam receperint prius res hospitum, quæ postea contrahantur in suis nauibus, & hospitibus: ergo nullo modo verba illa, que vienen con ellos, intelligi possunt de venientibus cum hospitibus, de quibus ibi non loquitur, sed de venientibus cum nauis, hostalariis, & similibus, vel saltem de venientibus cum eis, hoc est de ambulantiibus cum illis, pro quo facit leg. fin. versic. ni con mandado, tit. 13. part. 7.

6 Per si fuere seruo este que hizo el hurto, dize la dicha ley septima: Entonce en es cogencia es del señor de desamparar el seruo en lugar de la cosa furada, è de la pechar doblada, qual mas qui fore, & ibi Gregorius Lopez in glossa seruo, allegat iura concordantia & reddit rationem, quia intelligendum est ei, qui suam familiam seruoerit non repulit, quantumcumque cognouerit eam prauam & ideo prædict. leg. regia dat electionem prædictam domino serui quæ ratio mihi minime placet, cum potius teneatur dominus familie prauam repellere vel saltem corrigere, & contrarium faciendum sit in culpa.

7 Quod si famulus fuerit liber exhibendo eum dominus non liberatur, vt per Azeued. in leg. 6. tit. 11. lib. 7. num. 19. ibi ampliat etiam.

8 Sed & in alio dict. leges partitarum videntur contrariæ, dict. enim lex 26. loquitur siue prædict. naua, hostalarij, cauponæ, & stabularij mercedem recipienti siue gratis id faciant vt patet ex eius verbis, ibi: tomando de los ostelaje, è loguero, è por amor no tomando de ellos ninguna cosa: ad dict. leg. septima videtur requirete: è por precio, vt patet ex ea post principio, in illis eidem verbis por ostelaje, è por precio, inueniens aliud forte esse si gratis id faciant cuius contrarium decidit, dict. leg. 26. in verbis præcitatis: ergo, aut vna vel altera procedere non potest.

Nihilominus tamen, obseruandum est, nullam repugnantiam continere inter se has leges, sed vtamque rectè procedere in suo casu, illa nempe 6. dum probat idem esse, en los que reciben huéspedes sin paga si no de gracia, nempe vt teneantur ad custodiam, ac si mercedem pro hospitio recipient, loquitur expressè, & procedit quando huiusmodi recipientes habent officium hospitandi, & recipiendi pro mercede sumpta, secus si non haberent huiusmodi officium, & quod probat ex eadem l. ibi, en esta misma manera, dèzmos, que son tenudos de los guardar estos sobredichos, si los reciben por amor no tomando de ellos ninguna cosa: Expende verba estos sobredichos, quæ, vt ex eadem leg. in superiori parte patet, sunt hostalarij, tabernarij, & naua, & præterea sic intelligendum esse leg. illam docet ibi Gregorius Lopez, in glossa por amor: at vero dict. leg. 7. dum inuit quod si gratis recipient, non teneantur ad custodiam, debet intelligi in aliis personis, quæ id non habent ex officio, secus si sunt soliti mercede recipere omnes viatores licet amore, & sine pretio aliquem recipient, quia teneantur quoque ad custodiam, ac si mercedem pro hospitio recipient ex dict. leg. 10. per quam est interpretanda & declaranda

in hunc modum, dict. l. 7. præmaximè cum nihil expressè disponat, nec decidat quando sine mercede recipient, & sic remaneat hic casus omisus sub dispositione, leg. prioris nempe dict. leg. 26. argumento leg. commodissimè, cum similit. ff. de liber. & posthum.

Ex hac leg. singulari, & vera legum regiarum concordia, & intelligentia venit probanda decisio, & doctrina mirabilis Speculatoris in titul. de iur. versiculo, si amicum, quam desumpsit à Rofredo in suis libellis nempe, quod si amicus recipient amicum in domo sua non tenebitur ad custodiam suarum rerum in eam domum immisissam ex dicto, ff. nau. caupon. & stabul. vt neque etiam teneatur ex dict. leg. septima, quam doctrinam sequitur Alber. in leg. 1. ff. nau. caupon. & stabul. & Gregor. Lopez in d. l. 26. in glossa, Ostaleros, dicens probari ex ea leg. ibi: è lo que diximos en esta ley emiendese de los ostaleros, è de los naueneros, è de los señores de los nauos, que usan publicamente à recibir los homes tomando de ellos ostelaje, è loguero, è por amor, idem Gregor. Lopez in d. l. 7. in glossa por ostelaje, è por precio, statim in princip. & temissuè, D. Azeued. vbi supra, num. 10.

Neque huic opinioni obest lex licet gratis, ff. eodem titul. vbi dicitur, quod si gratis nauiga ueris, vel in caupona gratis diuerteris non tantum actiones in factum tibi denegabuntur, sed damnum iniuria passus es: Alber. namque ibi soluit, vt intelligatur (passus es) à recipiente, secus si ab alio, quia talis recipiens ad custodiam non tenetur & facit dict. leg. septima, in fin. dum dicit, porque toman ende su derecho, secundum Gregorium Lopez ibidem in glossa prædict. mihi vero nonnullam diuinationem quinimo, & violentiam hunc intellectum continere videtur, ideo melius explico nullam nobis difficultatem facere prædict. leg. cum loquatur in his personis, qui id habent ex officio mero de acceptis ab aliis, vt patet ex litera, cui consonat dict. leg. 26. in versic. en esta misma manera, nos vero de his non agimus, sed de amico, qui ex officio id non habet, nec aliquid recipit hospitio, mercede accepta, sed ex mera amicitia.

Quid autem sit dicendum non pro caupona, 10 quando rex venit ad ciuitatem cum magna comitatu, ita vt non sufficient hospites ad eos hospitandos, vnde sicut moris est ille hospita uit in domo sua aliquos de rebus regis, nunquid si perdunt aliquas de gentibus suis, procedatur contra illum, ex illo titulo sicut contra hospitem qui publicè tenet hospitium, videndum est Gregorius Lopez in dict. l. 7. glossa, in versiculo, querit etiam, Alberic. tit. 14. part. 7. vbi relatis aliorum opinionibus inquit forte in hoc esse dicendum, quod si iste qui sic recipit ex rebus, quas dabit & computabat consequeretur commodum propt consequeretur hospites publici, ita etiam teneatur ex d. l. 7. cum dicit (por ostelaje, è por precio) si vero nullum exinde commodum consequeretur non teneatur, sicut non tenetur amicus qui libenter accipit amicum: ergo multo fortius non tenebitur qui coactè, & inuoluntariè recipit ad hospitium.

Hinc etiam probanda venit altera doctrina Anton. Gomez. secundo como, variar. titul. 7. de commodat. & depositi. sub num. 2. in versiculo, secus tamen est, dicentis, quod si quis ponat rem in domo, vel Camera alterius ipso sciente, & patiente extra causam depositi, & exeat de domo, vel Camera relinquens ostium apertum si







## De pena furti de Iure Canonico contra Clericum.

## QVÆSTIO CLXIII.

- Q**UÆRO denique quæ sit pœna furti de Iure Canonico. Respondeo quod clericus pro furto non manifesto, de quo non sit publice diffamatus, non nisi leuem pœnam patitur per modum pœnitentiæ, vt in cap. fin. de furt. neque impeditur promotio, dummodo quatuor concurrant, nempe quod sponte confiteatur, quod satisfecerit læso, quod infamia contra eum non furtexerit, & quod pœnitentiam egerit.
- 2 Si vero furtum est manifestum, ita quod de eo fuerit publice diffamatus, non solum impeditur promouendus, sed iam promotus deponitur, & in monasterium ad agendam pœnitentiam detruditur. c. de his 50. dist. cap. presbyt. 81. dist. cap. si quis clericus 17. quest. 4. cap. ius de pœnis, per qua iura, ita tenet alios allegans, Menoch. de arbitrar. quest. lib. 2. casu 195. num. 22. & Farin. de furt. quest. 167. num. 9. fol. mibi 13. ¶ Vbi quod si depositi incorrigibiles sint clerici fures, excommunicantur, contumacia crescente, anathematizantur, & in contumacia perseuerantes, curia seculari traduntur, cap. cum non ab homine de iudiciis. ¶ Et quod clerici in latrocinis deprehensi suis ordinibus degradati, in arcem monasterium detrudantur ad pœnitentiam peragendam d. cap. ius de pœnis, & de his omnibus atque aliis in materia latius agit idem Farinac. in suis fragmentis criminalibus, part. 1. verb. clericus, pro furtis conuictus, aut confessus, &c. num. 316. cum seqq. pag. 77. & diximus supra quest. 161. per totam.
- 5 Similiter de Iur. Canon. clerici furtum facientes cum fractura deponantur, vt cum Cantera tenet, & probat idem Farin. de furt. d. q. 167. num. 29. fol. 15.

Pœna furti tam de Iure Canonico, quam ciuili est etiam pœna infamiæ tam in clerico, quam in laico respectiue, cap. infamis 6. quest. 1. §. hic colligitur 2. quest. 3. l. si furti, C. ex quibus causis infamia, & ibi gloss. & Doctores l. non potest & ibi gloss. & DD. ff. de furt. & plures allegans Farinac. de furti d. quest. 167. num. 10. vbi num. 11.

7 Quod pœna hæc infamiæ in tantum habet locum, vt non possit iudex efficere, vt furti damnatum non sequatur infamia, d. l. non potest, & ibi gloss. & DD. & alij quos ibi refert, & num. 11.

11 Addit, quod causa tamen cognita, & ex causa non prohibetur iudex minuire pœnam ordinariam & extraordinariam imponere, & sic famam referuare, ex Bart. in d. l. non potest, & ibi Alb. num. 2. & Ang. num. 1. in pluribus tamen casibus pœna hæc infamiæ, etiam quod quis sit condemnatus pro furto, non afficit condemnatum, de quibus per Farin. d. quest. 167. num. 13. 14. 15. & 16. Sed & Sacro Sancto Concilio Tridentino session. 22. in decret. de reformat. cap. 11. cauetur, quo si quis clericorum, aut laicorum quacunque is dignitate, etiam imperiali, aut regali præfulgeat in tantum malorum omnium radix cupiditas occupauerit, vt alicuius Ecclesiæ, seu cuiusvis secularis, vel regularis beneficij, motum pietatis, aliorumque piorum

locorum iurisdictiones, bona census, aut iura etiam feudalia, & emphiteutica aut fructus emolumenta, seu quascunq; possessiones, quæ in ministrorum, & pauperum necessitates conuerti debent, perse, vel per alios vi vel timore inculso, seu etiam per suppositas personas clericorum, aut laicorum, seu quacunq; arte, aut quocunq; quæsto colore, in proprios vsus conuercere, illosque vsurpare præsumpserit, seu impedire, ne alij ad quos de iure pertinent percipiant, is anathemati tandem subiaceat, quamdiu prædictas res, & bona integre restituerit, ac deinde à Romano Pontifice absolutionem obtinerit: quod si eisdem Ecclesiæ patronus fuerit etiam iure patronatus ultra prædictas pœnas, eo ipso priuatus existat: clericus verò, qui nefandæ fraudis, & vsurpationis huiusmodi fabricator, seu consentiens fuerit eisdem pœnis subiaceat, necnon, quibuscunq; beneficiis priuatus sit, & ad quacunq; alia beneficia inhabilis efficiatur: & à suorum ordinum executione etiam post integram satisfactionem, & absolutionem, sui ordinarij arbitrio suspendatur.

## SVMMARIVM.

- 1 Plagiarij pœna, hoc est, qui subripit filium, vel seruum alienum, & n. seqq.
- 2 Sarraceni, qui mulieres Christianas & pueros rapiunt, & eis abuti præsumunt, qua pœna à Iure Canonico puniuntur.
- 3 Eurates hominem enuigæ vendentes, qua pœna puniuntur Iure Diuino.
- 4 Auxilium & consilium præstantes, & mandantes ad furtum committendum, qua pœna puniuntur remissiuè.
- 5 Furtum an committatur ab eo, qui rem inuentam in via accepit, & non restituit remissiuè.
- 6 Furtum commissum in incendio, & naufragio, qua pœna puniatur remissiuè.
- 7 Amotionis terminorum pœna remissiuè.
- 8 Nuntius vel famulus conuercens in proprios vsus pecuniam quam accepit deferendam alteri qua pœna puniatur remissiuè.
- 9 Procurator assertus exigendo pecuniam à debitore sub falso procuratoris nomine, qua pœna puniatur remissiuè.
- 10 Creditor assertus qui vero creditor non est, exigendo præsentium debitum, qua pœna puniatur, remissiuè.

## De pœna plagiarij, &amp; aliorum de quibus hic.

## QVÆSTIO CLXIV.

**Q**UÆRO, qua pœna puniuntur plagiarij, hoc est, qui subripunt filium, vel seruum alienum? Et quidem attentò Iure ciuili, si plagiarius est nobilis damnatur in metallum, si verò est vilis persona, & tunc si est seruus, vel libertus bestis subiicitur, si vero ingenuus

genus gladio consumatur, l. fin. C. ad l. l. lauiam de plag. probat cum aliis nouissimè Farinac. de furt. quest. 167. num. 95. vbi quod crimen hoc est ordinarium, & publicum, & refert Iulium Clarum, in practica criminali, §. final. quest. 68. num. 2. versiculo, plagiarium, admittentem plagiarij pœnam esse mortis, quando qui pueros, vel seruos futatur, animo eos celandi, vel etiam, quando est solitus talia committere, & testatur de communi de qua re plenius disserit Menochius de arbitrar. lib. 2. casu 536. num. 5. cum seqq. Nihilominus tamen glossa, in §. interdum etiam versiculo, furtum infans, addebat, que ex delictis nascuntur, inquit hos liberos homines furantes extra ordinem posuit, & ibi Platea, in principio in versiculo, sed intellige, & refert alios Farinacius vbi supra, num. 69. & inter eos Bofium restantes alias fuisse casam, ad catenam in famem positam fuisse quandam obstericem, cuius opera venditis fuerat infans.

2 De iure Canonico Sarraceni, qui mulieres Christianas, & pueros rapiunt, & eis abuti præsumunt, & quosdam etiam occidere non verentur, aut pecuniaria pœna, aut flagellis afficiendi sunt: si vero excessus ita grauis fuerit, vt mortis pœnam, aut membrorum mutilationem mercatur, seculari potestati tradendi sunt, ita Farinacius vbi supra, num. 98. per textum capite de furt. & in cap. in Archiepiscopatu de raptor. & tandem inquit ibi Farinacius, quod cum de iure Canonico specialis pœna non inueniatur imposita, possit dici quod puniatur, iuxta text. in cap. final. de iudiciis, vel verius ex quo crimen est de grauioribus quod illis pena depositionis irrogatur, de quo Menochius vbi supra, num. 9. & sequentibus, & tandem quod imponitur pœna excommunicationis, & quod Clericus plagiarius deponitur, & in Monasterium detruditur, vt ibi perpetuam pœnitentiam agat secundum, & Dida cum Canteram, quem citat & quod amplius est, excommunicatur, laicus vero est excommunicatus. ¶ Et quod de iure diuino, qui hominem furatus fuerit, & vendiderit, conuictus morte morietur, vt ex allegatis per Nouellum reg. 1. num. 3. refert Farinacius vbi supra, num. 99. vbi num. 100. quod vtra pœnam criminalem datur in super patri, aut domino serui, aut filij rapti contra furem & raptorem actio dupli, & quadrupli ad interesse operatum & commodi quod dicti pater, & dominus percepturi erant ex dicto seruo, vel filio contra glossam communiter reprobata in d. §. interdum etiam, verbo furtum, sunt tamen nonnulli casus in quibus plagij pœna locum non habet, quos recenset Farinac. vbi supra, num. seqq. & eos apud eum videbis, quoties opus fuerit.

- 4 De pœna autem præstantium auxilium, & consilium in crimine furti, & mandantis illud fieri, & de receptante furem, aut res furtiuas, & an quis furem indicare teneatur latè agit, & plura congerit Farinac. vbi supra, quest. 168. num. 32. & sequentibus.
- 5 Et furtum an, & commodo committatur ab eo, qui rem in via inuentam accepit, & eam non restituit ibidem num. 62. & seqq.
- 6 De furto commissum in incendio, & naufragio ibidem num. 71. & seqq.
- 7 De pœna, & materia amotionis terminorum, ibidem num. 90. & seqq.
- 8 De nuntio, famulo, seu alio, qui pecuniam alteri deferendam, sibi tradidit, in vsus proprios conuertit ibidem num. 107. cum seqq.

Praxis Criminalis.

De asserto procuratore, an & quando furtum committat, exigendo à debitore sub falso procuratoris nomine Farinac. de furt. q. 170. num. 1. cum seqq. & ibidem num. 36. & seqq. de asserto creditore exigendo præsentium debitum à debitore, qui vere debitor non est.

## SVMMARIVM.

- 1 Hæres potest propria auctoritate res hereditarias apprehendere.
- 2 L. 4. tit. 13. lib. 4. collectionis regie, littera eiusque intellectu.
- 3 Fideicommissarius, vsufructuarius, & legatarius, an & quando possit vel non occupare propria auctoritate res sibi relictas.

De hærede, vsufructuario, fideicommissario & legatario, an possint res sibi relictas propria auctoritate occupare?

## QVÆSTIO CLXV.

**H**ÆRES potest propria auctoritate res hereditarias apprehendere, l. habeat, ff. de manumiss. testamento, §. in omnibus iustis, de hered. & falcid. est communis, vt alius relatis testatur Roland. à Vall. consil. 78. num. 10. cum sequentibus, lib. 3. & Farinac. de furtis q. 175. num. 283. vbi numeris sequentibus ampliat, limitat & declarat: sed iure nostro regio contrarium cauetur in l. 3. tit. 13. lib. 4. noua collect. reg. vbi pœna adiicitur aliud facienti, quæ vulgo est ley de Soria, quæ ita se habet.

Si alguna finare y dexare hijos legitimos, & nietos, & donde ayuso, & otros parientes propinquos, que ayau derecho de heredar sus bienes por testamento, & abinestato, mandamos que ninguno, ni algunos sean osados de entrar, ni tomar la posesion de los bienes que el tal defuncto dexare, por dexar, que hallan vaca la posesion de ellos, y que los herederos no la han tomado corporalmente: y si los tales bienes entraren y tomaren sin lincencia, y autoridad de juez competente, mandamos, que por el mismo hecho pierdan todo el derecho que en ellos tenian, y les pertenecia en qualquier manera: y si derecho en ellos no auian, que tornen y restituyan los bienes, que assi entraren y tomaren con otros tales, y tan buenos, si pudieren ser auidos, so la estimacion de ellos, por la ofadia que assi hizieron, &c. Vide non video attentis prædictis verbis huius l. ibi, per dextr, que hallan vaca la posesion de ellos, y que los herederos, no la han tomado corporalmente, qua ratione hodie possit procedere opinio Doctoris Azued. ibidem n. 56. ad fin. & num. 57. tenentis contrarium, tamen si de iure communi vera sit, nihilominus tamen respondete possumus, tenendo eius opinionem, etiam attentò nostro iure regio, quod prohibitio præfata d. l. regie loquatur in aliis extraneis personis, præterquam in hæredibus legitimis, quos nullo modo specialiter prohibet lex illa ingredi possessionem vacantem propria auctoritate, vnde cum sit pœnalis, non est extendenda ad præfatos hæredes legitimos ex testamento, vel ab intestato in derogationem iuris communis de quo supra in principio huius quæstionis.

K k &amp;